

Aulus Gellius *Noctes Atticae*, III,3.

De noscendis explorandisque Plauti comoediis, quoniam promisce verae atque falsae nomine eius inscriptae feruntur; atque inibi, quod Plautus et Naevius in carcere fabulas scriptitarint.

1 Verum esse comperior, quod quosdam bene litteratos homines dicere audivi, qui plerasque Plauti comoedias curiose atque contente lectitarunt, non indicibus Aelii nec Sedigiti nec Claudii nec Aurelii nec Accii nec Manilii super his fabulis, quae dicuntur "ambiguae", crediturum, sed ipsi Plauto moribusque ingeni atque linguae eius. 2 Hac enim iudicii norma Varronem quoque usum videmus. 3 Nam praeter illas unam et viginti, quae "Varroniana" vocantur, quas idcirco a ceteris segregavit, quoniam dubiosae non erant, set consensu omnium Plauti esse censebantur, quasdam item alias probavit adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto vindicavit, sicuti istam, quam nuperrime legebamus, cui est nomen Boeotia. 4 Nam cum in illis una et viginti non sit et esse Aquili dicatur, nihil tamen Varro dubitavit, quin Plauti foret, neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitaverit, si vel hos solos ex ea fabula versus cognoverit, qui quoniam sunt, ut de illius Plauti more dicam, Plautinissimi, propterea et meminimus eos et ascripsimus. 5 Parasitus ibi esuriens haec dicit:

*ut illum di perdant, primus qui horas repperit,
quique adeo primus statuit hic solarium!
qui mihi conminuit misero articulatim diem.
Nam me puero venter erat solarium
multo omnium istorum optimum et verissimum:
ubi is te monebat, esses, nisi cum nihil erat.
Nunc etiam quod est, non estur, nisi soli libet;
itaque adeo iam oppletum oppidum est solariis,
maior pars populi aridi reptant fame.*

*6 Favorinus quoque noster, cum Nervulariam Plauti legerem, quae inter incertas habita est, et audisset ex ea comoedia versum hunc:
scrattae, scrupedae, strittivillae sordidae,
delectatus faceta verborum antiquitate meretricum vitia atque deformitates significantium:
"vel unus hercle" inquit "hic versus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse". 7 Nos quoque ipsi nuperrime, cum legeremus Fretum - nomen est id comoediae, quam Plauti esse*

quidam non putant -, haut quicquam dubitavimus, quin ea Plauti foret, et omnium quidem maxime genuina. 8 Ex qua duo hos versus exscripsimus, ut historiam quaereremus oraculi Arretini: nunc illud est, quod "responsum Arreti" ludis magnis dicitur: peribo, si non fecero, si faxo, vapulabo. 9 M. tamen Varro in libro de comoediis Plautinis primo Accii verba haec ponit: "Nam nec Geminei lenones nec Condalium nec Anus Plauti nec Bis compressa nec Boeotia unquam fuit neque adeo Agroecus neque Commorientes Macci Titi." 10 In eodem libro Varronis id quoque scriptum et Plautium fuisse quempiam poetam comoediarum. Quoniam fabulae illae "Plauti" inscriptae forent, acceptas esse quasi Plautinas, cum essent non a Plauto Plautinae, sed a Plautio Plautianae. 11 Feruntur autem sub Plauti nomine comoediae circiter centum atque triginta; 12 sed homo eruditissimus L. Aelius quinque et viginti eius esse solas existimavit. 13 Neque tamen dubium est, quin istaec, quae scriptae a Plauto non videntur et nomini eius addicuntur, veterum poetarum fuerint et ab eo retractatae, expolitae sint ac propterea resipiant stilum Plautinum. 14 Sed enim Saturionem et Addictum et tertiam quandam, cuius nunc mihi nomen non subpetit, in pistrino eum scripsisse Varro et plerique alii memoriae tradiderunt, cum pecunia omni, quam in operis artificum scaenicorum pepererat, in mercatibus perdita inops Romam redisset et ob quaerendum victum ad circumagendas molas, quae "trusatiles" appellantur, operam pistori locasset. 15 Sicuti de Naevio quoque accepimus fabulas eum in carcere duas scripsisse, Hariolum et Leontem, cum ob assiduam maledicentiam et probra in principes civitatis de Graecorum poetarum more dicta in vincula Romae a triumviris coniectus esset. Vnde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his, quas supra dixi, fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.

GELLIUS III, 3:

Vím z toho, co jsem slyšel, že tvrdilo několik učenců, kteří četli větší část Plautových komedií s velkou péčí a pozorností, že člověk nemá spoléhat na seznamy Aelia, Segidita, Claudia, Aurelia ani Actia ani Manilla, aby si utvořil názor na autenticitu sporných komedií (tzv. *ambiguae*), ale má se obrátit na samotného Plauta, na jeho charakteristickou genialitu a styl. Ostatně to je také kritérium sledované Varronem. Neboť 21 komedií, které jsou nazývány Varroniovské, Varro oddělil od jiných, a ty jsou nesporné a za všeobecného konsensu pokládány za Plautovy. Veden shodou ve vtípu a stylu Plautova jazyka uznává za jeho i ty, které již byly připsány jiným a znovu je převádí pod Plautovo autorství, stejně jako

tu, kterou jsem nedávno četl a jejíž název je „Boeotia“. I kdybychom některé z těch 21 zpochybňovali a autorství připisovali Aquilovi, zkušený čtenář by o nich nepochyboval, že jsou Plautovy, podle Plautova způsobu jsou ty nejplautovější. Hladovějící *parasitus* tam říká toto:

„ať bohové zatratí toho, kdo jako první vymyslel hodiny,
a kdo jako první sluneční hodiny postavil!
Ten mně ubohému rozbil den na kusy.
Neboť když jsem byl malý chlapec, byl hodinami žaludek
a byl ze všech těchto hodin nejlepší a nejpřesnější.
Když tě napomínal, tak bys jedl, i když nic nebylo.
Teď, co tu máme ty hodiny, nejí se, leda by si to člověk sám přál.
A tak je město úplně nacpané hodinami
a větší část zchradlého národa se jen plazí hladem.“

I náš Favorinus, když četl Plautovu komedii „*Nervularia*“, která je považována za nejistou, a uslyšel z ní tento verš:

„*scrattae*¹, *scrupedae*², *strittivillae*³ *sordidae*“

řekl, pobavený vtipností, starobylostí slov, hloupostí nevěstek a zdeformovanými názvy toto: „Tento jediný verš je dost důvěryhodný na to, že můžeme říct o komedii, že je Plautova.“

Já sám také nedávno, když jsem četl „*Fretum*“ – to je název komedie, která není považována za Plautovo dílo -, jsem nepochyboval, že je Plautova, a taky jsem nepochyboval, že jsou všechny absolutně pravé. Z té komedie jsem vypsál dva verše, abychom se dozvěděli obsah Aretijské věštby:

„Zde je to, co se říká, že odpověděl Arét'an v době velkých her:

Zemřu, jestliže to neudělám, jestli to udělám, budu trpět.“

Nicméně M. Varro vykládá v knize o Plautových komediích Actiova slova: „Opravdu ani *Geminei leones*, *Condalium*, *Anus*, *Bis compressa* ani *Boeotia* nejsou od Plauta, a ani *Agroecus* a *Commorientes*.“

¹ *scratta*, *ae*, *f*. – nadávka pro ženu (nejistý význam, možná vysušená flundra)

² *scrippeda* – *scrupus* (kamenitý, tvrdý) + *pes* - nesnesitelná

³ *strittivillae* – ukecané, užvaněné

Ve stejné knize je také psáno, že byl jakýsi komediální básník Plautius. Protože byly divadelní kusy psány jako „Plauti“, braly se jako Plautovy, ačkoli nebyly plautovské od Plauta, ale plautiniovské od Plautia.

Pod Plautovým jménem se traduje asi 130 komedií, ale učenec L. Aelius považoval jen 25 za jeho. Také není pochyb, že ty, které se nezdály být napsány Plautem a nesly jeho jméno, patřily starým básníkům, byly Plautem přepracovány, upraveny a dále mají příchuť jeho stylu. O „Saturionovi“, „Addictu“ a jakési třetí hře, jejíž název si zrovna nemůžu vybavit, se traduje u Varrona a v jiných pamětech, že je psal Plautus v mlýně, když všechny peníze, které vydělal uměleckými díly na scéně, utratil v obchodech a zchudlý se vrátil do Říma, kde si na těžké živobytí vydělával prací mlynáře a točil mlýnskými kameny, tzv. *trusatiles*.

Stejně tak se říká o Naeviovovi, že ve vězení napsal dvě komedie „Hariolum“ a „Leontem“, když byl v Římě uvězněn na rozkaz na triumvirů, protože po způsobu řeckých básníků ve svých komediích neustále urážel a napadal přední občany. Z vězení byl osvobozen díky tribunům lidu, poté co ve svých komediích zmírnil své útoky a verbální excesy, kterými se cítilo tolik lidí uraženo.